# FESTA PROPRIA

# DIŒCESEOS MISNENSIS

A SACRA RITUUM CONGREGATIONE
REVISA ET APPROBATA DIE 7 JUNII 1951

## PARS HIEMALIS

Lizenz Nr. 480/22/52
ST. BENNO-VERLAG, G. m. b. H., Leipzig
Satz u. Druck: F. W. Cordier, Heiligenstadt

# Misnensis

Præsens Kalendarium, iuxta Rubricas et Decreta novissima redactum, Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XII tributarum, revisione rite peracta, recognovit ac probavit, illudque in diœcesi Misnensi adhiberi concessit: servatis de cetero Rubricis et Decretis, præsertim quoad festa Dedicationis et Titularis Ecclesiarum nec non Patronorum cuiusque loci. Quod vero spectat ad Sanctos, vel Beatos, qui neque in Romano Martyrologio descripti sunt, neque publico cultu a Sancta Sede decreto vel ab eadem confirmato potiuntur, viget Decretum Sacræ Congregationis diei 28 Aprilis 1914, iuxta quod Eos, si in locis particularibus ex immemorabili consuetudine publico ac religioso cultu honorentur, in Kalendario servare liceat, signo aliquo seu asterisco notatos; quo ex inscriptione eorum cultus neque approbatus neque ipsi æquipollenter beati habeantur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 7 Junii 1951.

(L. S.)

† **C. Card. Micara,** Pro-Præf.
† **Alfonsus Carinci,**
Archiep. Seleuc., Secretarius

**APPROBATIO**

Concordat cum Originalibus.

Budissæ, die 26. Aprilis 1953

† Henricus

Eps. Misnensis.

# KALENDARIUM PERPETUUM

Omnia ut in Kalendario Ecclesiæ universalis exceptis diebus infra descriptis.

**December**

13 S. Luciæ Virg. et Mart., duplex. Com. Octavæ Conceptionis immaculatæ B. M. V. ac S. Ottiliæ Virg.

**Januarius**

20 Ss. Fabiani Papæ et Sebastiani Mm., duplex majus.

# FESTA PROPRIA DIŒCESEOS MISNENSIS

## PARS HIEMALIS

### Die 13 Decembris

In Festo S. Luciae Virg. et Mart. post Com. Octavae Conceptionis immaculatae B. Mariae V. fit

**Commemoratio**

**S. Ottiliæ** Virginis

**In I Vesperis**

Ant. Veni, Sponsa Christi: áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. R. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Oratio

Deus, illuminátor ómnium géntium, qui mira ópera virtútis tuæ in beáta Ottília Vírgine mirabíliter demonstrásti: quæsumus imménsam cleméntiam tuam; ut, sicut ab ea natívæ cæcitátis ténebras effugásti, ita nobis corporális lúminis grátiam et ætérnæ claritátis glóriam largiáris. Per Dóminum.

**Ad Laudes**

Ant. Símile est regnum cælórum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiósa, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

V. Spécie tua et pulchritúdine tua. R. Inténde, próspere procéde, et regna.

---

### Die 20 Januarii

**Ss. Fabiani Papæ et Sebastiani Martyrum**

Duplex majus

Omnia ut in Breviario, praeter ritum.

In II Vesperis fit Com. sequentis (S. Agnetis Virg. et Mart.), ut in Breviario.

## Index alphabeticus


pag.

Fabiani Papæ et Sebastiani Martyrum, duplex majus. 20 Januarii 5*

Ottiliæ Virginis Com. 13 Decembris 5*